Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Precatio Ecclesiae, cum aegrotus iam expiravit [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

Oratio.

Defende quaesumus Domine Beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et totô corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Precatio Ecclesiae, cum Aegrotus iam exspiravit.

Kyrieeleison.
Christe eleison.
Kyrieeleison.

218.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣.

Requiem æternam dona eis Domine: et Lux perpetua luceat eis

A Porta inferi: Erue Domine Animas eorum.

Credo videre bona Domini: In terra viventium.

Ne tradas Domine bestijs animas confitentium tibi: Et animas pauperum tuorum, ne obliviscaris in finem.

Domine exaudi Orationem: Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. 219.

Omnipotens Sempiterne Deus cui nunquam sine spe Misericordia supplicatur, propitiare animæ famuli tui N. ut qui de hac vita in Nominis tui Confessione decessit, Sanctorum numero faciat aggregari. Per Dominum Nostrum etc.

Poterit etiam subiungi Psalmus Miserere, et De profundis.

Miserere mei Deus ✱ secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem mi=

244

serationum tuarum, dele ini=
quitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate
mea: et à peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego
cognosco: et peccatum meum
contra me est semper.
Tibi soli peccavi, et malum coràm
te feci: ut iustificeris in
sermonibus tuis, et vincas
cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus con=
ceptus sum: et in pecca=
tis concepit me Mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

incerta et occulta Sapientiæ
tuæ manifestâsti mihi.
Asperges me hyssopô, et munda=
bor: lavabis me, et super nivem
dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et
lætitiam: et exultabunt ossa
humiliata.
Averte faciem tuam à peccatis
meis: et omnes iniquitates
meas dele.
Cor mundum crea in me Deus:
et Spiritum rectum inne=
va in visceribus meis.
Ne projicias me à facie tua:
et Spiritum Sanctum tuum
ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris

zzz.

tui; et Spiritu principali con=
firma me.

Docebo iniquos vias tuas: et
impij ad te convertentur.

Libera me de Sanguinibus
Deus Deus Salutis meæ:
et exultabit lingua mea
justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et
os meum annuntiabit laudes
tuam.

Quoniam si voluisses Sacrifi=
cium dedissem utiq;:
holocaustis non delectabe=
ris.

Sacrificium Deo Spiritus con=

tribulatus: Cor Contritum, et
humiliatum Deus non despicies.
Benignè fac Domine in bona
voluntate tua Sion: ut
ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis Sacrificium
iustitiæ, oblationes et holo=
causta: tunc imponent super
Altare tuum vitulos.
Requiem æternam dona ei
Domine:
Et lux perpetua luceat ei.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te
Domine: Domine exaudi vo=
cem meam.

224.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in Verbo eius: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum Misericordia, et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex
omnibus iniquitatibus eius.
Requiem æternam dona ei
Domine,
Et Lux perpetua luceat ei.
V. A porta inferi.
R. Erue Domine animam
eius.
V. Requiescat in pace.
V. Domine exaudi Orationem meam.
R. Et clamor meus ad te
veniat.
V. Dominus Vobiscum.
R. Et cum Spiritu tuo.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

226.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine animam famuli tui N. ut defunctus sæculô tibi vivat, et quæ per fragilitatem carnis humanâ conversatione commisit: tu veniâ misericordissimæ pietatis abstерge. Per Dominum. pp.

Pro Defuncto Episcopo vel Abbate.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Pontificali (: Abbatiali:) fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum